

atque in huic modum calamitosam et anxiam vitam ducere cogitur. Quo tormento et angore animi scelerati et Deo invidi negat ullam esse penam graviorem Isidorus lib. II *Soliloq.* Eleganter quoque Petrus Chrysologus *Serm.* 6 : « Quando homo non sub peccato tristis? quando non sub vitibus suspectus? quando non sub criminibus desperatus? » Si quando in calamitates incidit, desperat de salute sua, et undique malum timet. Proprium enim est hominis iniqui, ut facile despondet animum, resque adversas non magno sed abjecto animo toleret, sicut David ait *Psal.* cxxxix, 11 : « In miseris non subsistent : » cum enim subsidiis tantum humanis nitantur, illis destituti, quo se convertant nesciunt. Eadem vero tenebrarum metaphora pronuntiavit Isaias impius, quo se confirmat in adversa fortuna non inventuros dicens cap. v, 30 : « Aspiciemus in terram, et ecce tenebre tribulationis, lux obtenebrata est in caligine ejus; » ex quo fit, ut cum nullum possit malorum exitum invenire, desperatione fractus animus undique *gladium*, id est malum, sibi imminere formidet. Cujus rei præclarum specimen fuere tenebre ille crassissima que obductæ fuerunt Egyptiis, de quibus pulchre liber Sapientie cap. xvii, 2 : « Vinculis tenebrarum et longæ noctis compediti, inclusi sub teclis, fugitivi perpetuæ providentiæ jacuerunt; et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebrosæ oblivionis velamento dispersi sunt, paventes horrende et cum admiratione nimia perturbati: neque enim quæ continebat illos spelunca sine timore custodiebat, quoniam sonitus descendentis perturbabat illos, » etc., que ibi fusius describit, et magnam huic loco lucem adferunt.

Vers. 23.

Impius quoque quidem securi commisit.

23. CUM SE MOVERIT AD QUERENDUM PANEM, NOVIT QUOD PARATUS SIT IN MANU EJUS TENEBRARUM DIES : — Cum, inquit, urgente fame cogatur miser, quem conscientie angor pungit et instimulat, cibum querere, occurat undecumque gladii jam intenti jugulo formido, et ex ea parata mortis certa suspicio; ita ut famelicus dicere possit, quod cum singulis et lacrymis dicebat captivi Babylonii *Thren.* v, 9 : « In animabus nostris afferbamus panem nobis a facie gladii in deserto. » Potest etiam modo illa ad querendum panem de mendicitate, in quam impius devolvitur, intelligi, ubi anxietas cocaret impium timentem, ne a quibus panem postulat, vulnus aut necem accipiat; potest quoque motio illa ad oculos impiosque tyrannos pertinere, qui cum se movent, hoc est accedunt ad mensam, venenatum panem aut cibum sibi supponi verentur. Sive ergo dives sive mendicus impius sit; diem tenebrarum, hoc est mortis, qua lux ei exstinguitur, formidat, et surdo verere ceditur. Illa vero verba *in manu ejus*, significant proximum et in promptu esse mortem, vel certe metonymice in factis ejus, impii scilicet, qui factis suis mortem accersit. Utraque interpretatio ad rem appositæ est. Hebræus habet,

vagatur ipse ad panem ubi sit : novit paratum esse in manu sua diem tenebrarum, id est, vagatur et oberat ut mendici solent, qui ostiant panem quaerunt, qui scit in proximo et quasi præ se habere esse tempus calamitosum; quod vocat diem tenebrarum, hoc est miseriarum et sollicitudinum, quæ tenebrarum in morem frontem obfuscant et obnubilant; sicut e diverso securitas eam nitidam reddit ac serenat. Septuaginta longe aliter versum reddunt, non quasi præ inedia et fame panem quaerat, sed ipsemet vulturibus esca fiat, periens inseptus: sic enim vertunt, *κατάστασις δὲ ἐστὶν ὡς ψῆλον· εἰς δὲ ἐν ἰσχυρῷ, ἔτι μὴν οὐκ ἔστιν, dispositus autem est in escas vulturibus : novit vero in seipso, quod manet ad ruinam.* Quod autem sequitur referunt ad initium versus proximi, *ἡμέρα δὲ σκωταῖν ἄδρον σκωπῶσα :* Dies vero tenebrosa ipsam versabit.

24. TERREBIT EUM TRIBULATIO, ET ANGSTIA VALERIT EUM Sicut regem qui præparatur ad prælium.

— Non exiguum timorem esse vult angoremque scelesti hominis in vitium effusi, sed cohortem illi dat miseriarum, quæ ubique latus circumambiat. Quod emblemate pereleganti et sapienter veluti manu delineato illustrat: in medio campo regem pingit dominatu et fortunis suis exutum, qui exsulum et latronum collecta manu destinat prælium committere : dum gladium sumit lanceamque, exhorret animum, qui multa simul obijciuntur, agi nimirum de summa rerum, potentiam esse magnam hostium, paucos sibi et infidos comites, periculum ingens, ante oculos terribilem jam mortem telum quatero, aliaque similia : quare fluunt arma de manibus, tremunt genua, cor fugit, frigidus corpus sudore perfunditur, cadaver est spirantis hominis, ante prælium victus et exsanguis est. Talem ait esse hominem scelere maculosum, quod enim angustia circumdet eum nemo est qui ambigat : periculis quippe ac doloribus mortis passim circumdatur tam dum infeliciter vivit, quam dum instat interitus. Quocirca similitudo regis, qui paratur ad prælium, in eo posita est, ut quemadmodum rex cohorte prætoria stipular, ita impius scelerum conscientia et angustia circumdatur; et in hoc ipso circuitu discrimen subest, quia rex cingitur ad tutelam, impius ad necem. Septuaginta sic habent, *ἀνάγει δὲ καὶ θλίψις αὐτὸν καθὼς ὅταν στρατῆρς προετοιμάσῃ αὐτὸν, angustia autem et tribulatio ipsam comprimit sicut dux in prima æge corruens, quorum verborum sensus est : Afflicto et calamitas circumdabit impium sicut circumsisit dux in primo exercitus ordine cadens : hostes quippe in ducem exercitus adversi acris conspiciunt, et cadentem ut nobilem prædam circumsisit : qui sane sensus in rem nostram apprime convenit, cum quo textus Vulgatæ editionis coheret, si rex, qui præparatur ad prælium, consideretur non cum preparatur, sed cum cadit, et ab hostibus accurrentibus obsidetur.*

Vers. 24.

Impius malis circumdatur, sicut rex stipular.

Extendere manus in altum est.

Impius contra Deum peccavit.

Sunt miles gigantes.

25. TETENDIT ENIM ADVERSUS DEUM MANUM SUAM, ET CONTRA OCNIPOTENTEM ROBORATUS EST. — Hic causatur, quæ Deum tribulationum atque angustiarum exercitum adversus impium coegerit ad eum penitus conterendum, quia nimirum in tantam superbiam devenerat, ut ipsimet Deo bellantem indicere videretur : tendere enim vel extendere manus in aliquem exitum et exterminium minitantis symbolum est, uti ex plurimis Scripturæ locis patet : sic apud Isaiam cap. xxii, 11, Dominus « manum suam extendit super mare, conturbavit regna, » etc.; et apud Ezechielem timorem incutere volens Ammonitis eisque bellum indicere sic loquitur cap. xxv, 7 : « Idcirco ecce ego extendam manum meam super te, et tradam te in direptionem gentium, et interficiam te de populis, et perdam de terris, et conteram, » etc. Impius igitur ausu temerario atque impudenti nimis audacia contra Deum, ac si esset homuncio quidam, suis peccatis atque sceleribus non solum rebellare, ac si eum superare posset illique minari, sed etiam in eum se erigere, insultare, rigescere præsumpsit, ut imponeret verbum originale גָּבַר *ghabar* : in quo imitari videtur gigantes, quos profani poete fingunt bellum adversus deos suscepisse, sicut Virgilius canit lib. VI *Æneid* :

Hic et Aloadas geminos, immania vidi Corpora, qui manibus magnam rescindere Olympum Aggressi superisque Jovem detruere regnis.

Et Homerus lib. XI *Odys.* vers. 375 :

Καὶ Τρώων εἶδον γαῖαν ἠεροειδέος οὐνοῦ, Κείμενον ἐν δαπέδῳ ἔδ' ἐπ' ἐνεία καίτοι πύλαρα, Ἴγυς δὲ μιν ἐκείθε παρρηῖον ἦπαρ ἔκειρον Δίπτερον ἰσο δύναντες, ἔδ' αὖ ἀπαμύνητο χερσὶ· Ἀπὸ γὰρ ἀλλοῖσι δίοι καθῶν παράκλιτον, Πυθὸ δ' ἔρχεσθ' ἔπειθ' ἐπὶ καλλιγύρω Παντοπόρῳ·

El Triton vidi claræ telluris alumnam, Porrigitur cui tota novem per jugera corpus, Hinc atque hinc geminus rostro urget vultus aduoco Immortale jecur tendens, jacet ille supinus, Nec depellendi manibus dat ulla potestas : Latronæ namque ausus fuerat tentare cubile Impius, aeterno fuerat que juncta Toianis, Cum Pytho Panopei peteret per amœna vireta.

Forle, inquit Stunica, hæc persequens Eliphaz, illos in primis homines perstringebat, de quibus dicitur in *Gen.* vi, 4 : « Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illeque genuerunt, isti sunt potentes a sæculo viri famosi, » qui iniquis suis factis Deum ita provocant, ut universum diluvio Jeleret, et everteret orbem terrarum : nam sequitur statim eodem capite : « Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, etc. : Delebo, inquit, hominem quem creavi a facie terræ. » Ea vero conjectura ducitur Stunica ad id existimandum, quod hanc doctrinam per manus majorum suo-

rum Eliphaz se didicisse dicit, quos certum est non diu post diluvium existisse; vel forte hæc dicens Eliphaz illos homines tangit, qui turrim Babel ædificare conati sunt, quo suo facto pre se ferebant celo bellum inferre. Ex quo fortassis illa per hominum vulgus manavit fabella de quibusdam hominibus, qui corpore immanissimo et animo insolentissimo curæ essent, cælum ausi sunt bello tentare : quorum meminit Plato in suo convivio in *Crat.* Aristoph., quos cælum conscendere nixos fuisse narrat : fortasse legerat illud *Gen.* xi, 4 : « Venite, faciamus nobis civitatem et turrim, cujus culmen pertingat ad cælum : » Jovemque ait ille cum aliis diis quid factu opus esset deliberasse; forsitan quia illud legerat ejusdem cap. vers. 5 : « Descendit autem Dominus ut videret civitatem et turrim, etc. : Venite igitur descendamus, et confundamus ibi linguam eorum, » etc. Citatque Plato Homerum in hæc sententiam de Olo et Ephialto loquentem lib. XI *Odys.* vers. 310 :

Ἐνδοκὰ γὰρ τείχεα καὶ ἐνοσπίστια : ἄρα Ἐβρεῖ· ἄρα γὰρ μέγας γρηγορήσων ἐνοσπίστια· Ὅ ἐξ καὶ ἀθανάτων ἀπειλάσαν, ἐν Οὐλύμπῳ Φιλοπύδα στήθεσσι πλοκάμισοι· πόλιες δὲ·

Novenses enim cum essent novem cubitorum erant Latitudinis : cæterum longitudo erat novem ulnarum : Qui etiam immortalibus manabant, in Olympo Moturos se contentationem tumultuasti belli.

Per gigantes illos intellige superbos qui ipsimet Deo directe bellum indicere non verentur; unde excellenter annoiat D. Thomas Boetii sententiam dicens : « Cum omnia vitia fugiant a Deo, sola superbia se Deo ipsi opponit : » quare optime superbum describens Eliphaz Themanitis dixit : « Tetendit adversus Deum manum suam (cum Deo ipso voluit manus conserere, et potentiam suam divinæ potentie opponere, et contraire) et contra omnipotentem roboratus est : » totum suum robur colligens contra Deum agere destinavit, id quod sequentia manifestus declarant :

26. OCCURRIT ADVERSUS EUM ERRECTO COLLO, ET PINGUI SERVICE ARMATUS EST. — Currite erecto collo indomitam quamdam petulissimamque superbiam indicat, quomodo dictum est *Isai.* iii, 16 :

« Ambulaverunt filie Sion extento collo, » et, ut exponit Olympiodorus, videtur loqui metaphora sumpta a vitulo prociæ, qui excessu jugo contra herum suum currit, quem cornibus impetat; Septuaginta legunt, *ἰδρῶμα δὲ ἐνοσπίων αὐτῶν τείρεαι, occurrit autem contra eum injuria*, id est inferens injuriam per peccatum, quo Deum impetit : quoniam tamen Deus armatus in seipso est; ipsa natura sua divina, quam nullum malum potest lædere, non eum occidit aut destruit : ita rem egregie explicuit D. Thomas II, *Quest.* xli, art. 4, ad 4, et *Quest.* xlvii, art. 4, quem theologi sequuntur; et *Quest.* igitur ex se est, ita homo cum peccat agit contra Deum ac si ei revera noceret, ideo-

Unde manavit fabula de bello gigantes.

Gigantes sunt ty-pus superborum.

Vers. 26.

Supra M Deum oppugnant erecto collo.

Diaboli eorum antesignanus.

que illa ipsius Dei iram provocat, ac si Deus no- uentum recepisset. Hoc modo ille primus ma- lorum omnium parens, ex cuius corde et visce- ribus superbia originem duxit Isai. xiv, 13: « In caelum, inquit, conscendam, (cum Deo ipso rem et congressum suum habiturus) supra astra exal- tabo solium meum, et similis ero Altissimo. » Hu- jusmodi fuit collum superbi Nabuchodonosoris, Baltassaris, Sennacherib ac aliorum, qui diabo- lum regem super omnes filios superbiae imitan- tur. O perverse erectum collum, simile non turri Davidis, sed turri Babylonis, quam, ut paulo ante dicebamus, edificare aggressi sunt superbi filii Adam post diluivium, quod ex inepissima et ma- xima superbia provenisse omnes sancti testantur: civitas enim Babylon congregatio est iniquorum, qui se perverse diligunt, et Deum contemunt; turris vero ipsius superbia est divinam appetens similitudinem, ut nomen ejus et fama inter ho- mines celebretur: nam quamvis superbia a mi- noribus inchoet, tamen procedit et crescit usque ad supra, quia, teste Davide Psalm. LXXIII, 23, « superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. »

Ceterum sicut turris ista etsi coepa sit adifi- cari, non tamen est perfecta, quia Deus edificium interrupt, dum edificantium linguas confudit: sic turris superbiae, quae ab hominibus erigitur, non quoniam consummatur, quoniam Deus super- bous confundit et humiliat, juxta illud Psalmista Psalm. LXXIII, 18: « Dejecisti eos dum alleverant, » id est, dum conabantur se elevare et exal- tare in summam gloriam, dejecti sunt, et demersi in summam ignominiam, et in nihilum redacti sunt, cum omnium admiratione dicentium: « Quo- modo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam? » quod et de rege Babylonis testatur etiam Isaias dicens cap. xiv, 30: « Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer? etc. detracta est ad inferos superbia tua. » Propter hoc etiam specialiter dictum est ab apo- stolo Jacobo Epist. iv, 6: « Deus superbis resis- tit: » ceteros enim peccatores dicitur Deus odisse, deserere, relinquere, etc.; superbi tamen pec- culliariter dicitur resistere: « Non dixit, inquit S. Chrysostomus Hom. 3 in illud: Vidi Dominum, Deus superbos dimittit, et in peccatis deserit, suoque nudat auxilio; sed adversatur, quia ceteri peccatores non directe contra ipsum tendunt; superbi autem contra ipsum Deum erecta cer- vice procedit, et utriusque ad resistendum ei se exponit, quem directe contra se venientem conspicit. »

Impiidi- vitiar- mantur contra Deum.

ET PINGUI SERVICE ARMATUS EST. — De impio di- vite intelligit, qui adversus Deum quasi divitiis armatur, cum ex rebus temporalibus tumens at- que superbiens, contra praeccepta veritatis erigitur. O arma miseri ponderis plena, quibus iniquus in hujus mundi mare submergitur, et pec- catis onustus in gehennam ducitur! Sed hoc onus, cum onus mentis sit, hoc potissimum habet, quod

oculos nostros obaeat, et dum terrena nimio af- fectu consideramus, caelestia videre non possu- mus. Unde subdit:

27. OPERUIT FACIEM EJUS CRASSITUDO: ET DE LA- TERIBUS EJUS ARVINA DEPENDET. — Ex habitu cor- poris mentem et animum hominis improbi de- scribit, et haec, quam dicit crassitudo et arvina ejus, impii indicat arrogantiam, confidentiam, contumaciam et mentis stuporem, quibus inflatus Dei leges infringere non veretur: ita saepe in Scripturis singulari quaedam infamiae titulo impii et iniqui homines vocantur pingues, crassi, obesi, v. g. pastores mercenarii apud Jeremiam, de qui- bus est illud cap. XLVI, 21: « Mercenarii quoque ejus, qui versabantur in medio ejus, quasi vituli saginati versi sunt, et fugerunt simul, » etc.; item tyranii atque crudelis in pauperes, juxta illud Psalm. XXI, 13: « Tauri pingues obsederunt me: » item iniqui divites, juxta illud Isai. XVII, 4: « In die illa attenuabitur gloria Jacob, et pinguedo carnis ejus marcescet; » item voluptuarii, gulosi atque carnales, juxta illud Amos. IV, 1: « Audite verbum hoc vaccae pingues, quae esitis in monte Samaria, » etc. de quibus saepe Psalmista; sed praesertim illud Psalm. LXXII, 7: « Proditit quasi ex adipe iniquitas eorum, » et juxta Hebraeam, cavet pro adipe oculus eorum; non quod oculi exierint, sed quod exisse videantur aut non esse praeparatum timore et nimia pinguedine; et hoc pro- xime textus hujus verba volunt: « Operuit faci- em ejus crassitudo, » et juxta Hebraeam, operuit facies suas in adipe suo.

Haec autem phrasim originem trahere potuit ex eo, quod qui corpus habent nimia pinguedine onustum, ut plurimum tardo sunt ingenio, et ad sapientiae virtutisque studium inepti, id quod Aegyptii innuere videbantur subobscurae, dum, ut narrat Plutarchus tract. De Isid. et Oeyr., sacer- dotes Isidis solebant dare Api, quem colebant, potum ex quodam puteo, non autem ex Nilo, « non quod, inquit, Nili aquam profanam arbi- trarentur crocodili causa (ut quorundam ferebat opinio: nihil enim est aeque apud Aegyptios ma- jori in honore atque Nilus); sed quia ejus aqua pota creditur pinguedinem carnisque magnum efficere incrementum. Non volunt autem apim pinguem esse et multa carne obesum, ut nec se- lipos quidem, sed animis voluit levia atque gra- cilia circumdata esse corpora, ne divina pars a mortali prematur: » haec Plutarchus. Et cum isis apud eos eadem sit quae Minerva, facile colligitur illos innuere voluisse sapientiam non recte habi- tate in corpore onusto pinguedine, uti eleganter Horatius lib. II Satyr. 2.

Nam corp' onustum Hesternis vitis amianum quoque praegravat ipsum, Atque affigit humo divina particulam auram.

Quo spectat illud graecum in Gnomis adagium: Πάχυν γαστρίσιν δαιμόνιο τὸν οὐρανὸν οὐρανὸν;

Verz. 27. Pingues vocantur impii in Scriptura.

Abundantia periti mentis crassitudo et arrogan- tia.

quod S. Hieronymus epist. 2 ad Nepot. ita reddidit:

Pinguis venter non gignit sensum tenuem.

Haec porro mentis crassitudo propter multas copias et nimis prosperam fortunam hominibus accidere solet: sicut enim corpus parum exercita- tum et bene pastum crassius fit, ita et mens, si nullis laboribus exerceatur, sed delicis recreetur, superba fit et arrogans, Deoque parum ob- secundat, quod luculenter docuit Moyses dicens de populo Israel Deut. XXXII, 13: « Constituit eum super excelsam terram, ut comederet fructus agrorum, ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo: butyrum de armento et lac de ovibus cum adipe agnorum, et aristum filiorum Basan, et hircos cum medulla tritici, et sangui- nem uvae biberet meracissimum. Increassatus est dilectus, et recalcitravit; » ubi Chaldaeus legit, dives factus est Israel, et recalcitravit. Ad quae verba facile observas, quam sint affinia divitiis et opu- lentiae peccata, ut veluti naturali consecratione increassatus sive dives recalcitrasset dicitur, non secus ac equus bene et abunde pastus, nec labori assuetus, ferus evadit, et recalcitrare discit: quare non minus, ac forte multo magis timenda est viro- pio rerum copia quam inopia. Id quod sanctus Pater Gregorius lib. XII Moral. cap. XXII, haud obscure significavit dum hunc locum hoc modo pulcherrime interpretatur: « Operuit faciem ejus crassitudo, et de lateribus ejus arvina dependet: visus quippe in facie est, in qua et prima corporis honorabilior pars est. Non ergo immerito: mentis intentio per faciem designatur, quam quolibet veritatis illic videmus. Faciem ergo crassitudo operit, quia desiderata terrenarum rerum abun- dantia oculos mentis premit, et hoc quod in eis esse honorabile debuit, ante Dei oculos fedat, quia curis multiplicibus aggravat: » haec ille, qui et statim arvina nomine e lateribus impii di- vites dependentis illos intelligit, qui auxilio ejus roborati mala patrare non cessant. Porro per verba istis: « Et de lateribus ejus arvina depen- det, » Septuaginta legunt, καὶ ἰσχυρὰ περιεργίον ἐπὶ τοῦ προσώπου, quod S. Augustinus in Annot. legit, et fecit capistrum super femora: capistra, ut notum est, mulorum ori adhibentur, ut trahantur quo- rum homines velint; at nequam spiritus quot libidi- nis instrumenta videt, tot capistra, tot restes putat, quibus alligare possit et trahere homines in ex- tremam ruinam. Augustinus enim ibid. ait: « Fecit capistrum super femora, ut libidinis suis colligaretur, quo vinculo duceretur ad mortem: » non eget diabolus arietis vinculo quo hominem trahat, quam si in eo excitet flammam libidinis, quibus teneri incipiat. Deus bone, qui libidinem nutrit quantum bitumen habet, quo perditionis portis adherescat pene insolubiliter! quanta vin- cula profert, quibus a diabolo reptetur et traha- tur in ruinam?

Herum abundantia mentis occisio pro- ml.

Diaboli divitiarum fecit ca- pistrum super femora.

Verz. 28.

28. HABITAVIT IN CIVITATIBUS DESOLATIS ET IN DO-

MIBUS DESERTIS, QUAE IN OMNIBUS SUNT REDACTAE. — Versus hic multiplicem interpretationem admittit; ac Sionica quidem exponit adhuc de prospero ejus rerum cursu, ex quo illa, ut diximus, ejus crassitudo nata sit, q. d. Tanta est ejus copiarum vis, ut civitates desolatas restaurare, et domos desertas atque in tumultis redactas, quo nomen in vulgus comparet, reficere molliatur. Sicut v. g. Constantinus Byzantium ornavit et amplificavit, et Constantinopolim nuncupavit; Alexander Ale- xandriam, et multas alias urbes. Quam expo- sitionem ex eo confirmat, quod hac re ipse Job hominem felicem descripsit dicens cap. III, 14: « Cum regibus et consulis terre, qui edificavit sibi solitudines. »

Alii vero passim exponunt significari impium e summa opulencia et abusu tyrannidis aequo Dei judicio eo devenire, ut inhabitet civitates suas ab hostibus subversas domosque collapsas, extincta gloria illa florentium urbium amplamurque do- morum, quas direptis subdolorum opibus con- struxerit: quod quidem flagelli genus frequen- ter in Scriptura indicitur, velut apud Sophoniam cap. III, 4: « Via provocatrix et redempta civitas, columba, » etc; deinde additur: « Desertas feci vias eorum dum non est qui transeat: desolatae sunt civitates eorum non remanente viro neque ullo habitatore. » Sed aliud accipere huic loco con- venientius exemplum apud Isaiam cap. v, 8: « Ave qui conjugitis domum ad domum, et agrum agrum copulatis usque ad terminum loci. Numquid habitabitis vos soli in medio terrae? In auribus meis sunt haec, dicit Dominus exercituum: Nisi domus multae deserte fuerint grandes et pulchrae absque habitatore: » summa rerum omnium orbitate im- pium conflictari docet, quandoquidem pro opu- lentis urbibus ac domibus coactus inopia solitu- dinem habitare cogitur; hic igitur, inquit, cum res suas amiserit, omnique fuerit dominatione spoliatus, solitudines persequetur: exsulum enim est hic mos, quolibet loca ad salutem captare ubi consistant, ad periculum, quod impendit, propulsandum. Talia subierant aliqui Hebraeorum reges, qui e solio dejecti, in alienum solum ablega- ti, privatam egerunt vitam laboris et sollicitu- dinis planam; pro omnibus qui hujusmodi sup- plicium experti sunt unum commemorare suffi- ciat Nabuchodonosorem, qui ejectus e regno in solitudine vixit inter feras, cum quibus habuit commune pabulum et vitam non dissimilem. Unde sicut simplex admodum est iste sensus, et cum sequentibus valde congruit, ita jure a Patri- bus Graecis, et inter receptiores a Pineda Sanctio- que praefertur.

29 et 30. NON DITABITUR, NEC PERSEVERABIT SUB- STANTIA EJUS, NEC MITTET IN TERRA RADICEM SUAM. —

NON RECEDET DE TENEBRIS: RAMOS EJUS ARREFACTET FLAMMA, ET AUFERETUR SPIRITU ORIS SUI. — Alius in his verbis continetur tribulationis in impium ir- ruens cuneus; nomine autem substantiae intelli-

Habitare in civitate desolatis aliquando sumitur pro eas edificare.

Sapientia tamen accipitur pro flagello Dei et summa re- rum desolatio- na.

Sub. 29 et 30.

Impio- rum di- vitiae

non sunt stabiles nec durat.

Peculium hominis est miles.

Divitibus fluit cor non apponendum.

Divitibus cito dilabatur.

tur quiddam facultatis temporalis habet sive in pecoribus et armentis, sive in arvis et possessionibus, sive in pecuniis et redditibus. Generaliter ergo vult dicere, quiddam aut hereditate, aut acquisitione aliove modo possidet stabile non erit, sed paulatim ad nihilum redigetur atque dissipabitur: bona enim omnia, quae fortunae dicuntur, incerta, commutabilia, peritura, instarque Euripi eunt, redeunt, pereunt, moriuntur. Eleganter Papyrius Fronto .n. lib. XI. De Pecul. aiebat, «peculium hominis simile esse:» peculium enim nasci, crescere, decrescere et mori. Sed quod ille de peculo dixit, de caducis universim bonis dici potest, quae fluxu dubio et reciproco veniunt et recedunt, nihilque est quod stabile et diuturnum esse videatur; quam ob causam D. Paulus I Timoth. vi, 17, incertum divitiarum nuncupavit, ut eos falli sit necesse, qui opibus ut baculo arundineo nituntur, seque felices in perpetuum opinantur, si nummos habuerint. David mirabili sua poetica sapienter hoc expressit Psalm. LXII, 11: «Divitibus si affluant, nolite cor apponere;» in Graeco est *ev̄ p̄r*, si fluant, quemadmodum fluit multi Ecclesiae doctores legunt, quod a piis Patribus docte expanditur cum sacrum illud oraculum interpretatione illuminant: «Vides, inquit S. Ambrosius, quia fluit, non vides quia praeterfluunt. Fluenta sunt quae miraris: quomodo veniunt sic transeunt et recedunt.» Paria S. Augustinus: «Non vides, quia si tibi cor posteris, et tu flues?» Tertullianus lib. IV. Contr. Marc. cap. xv, alio quodam modo Vatis regii dictum ita vertit, *divitibus si reucent, ne adjecteritis cor*; verba quidem varia sunt, res eadem. Fulgetras sibi ante oculos ponit, aut volantes illos de nocte atque errabundos ignes, qui aeris motu huc et illuc rapiuntur. Blandum aliquibus spectaculum, in quo dum haerent fixi et sequuntur, evanuisse prius vident, quam quid rei esset percipere potuerint. Aut nihilominus quoadmodum esse putavit opes, aut lignum inutile putridum, quod in tenebris nitorem habet exiguum, neque durabilem. «Etsi reucent, ne adjecteritis cor;» vel, ut noster habet interpres: «Nolite apponere cor.» Lux earum evanida, rapidus et incertus fluxus, abeunt celerrimeque rapiuntur; apponere autem cor est omnem curam, studium, industriam, conatum animi omnem et affectum in divitiis retinendis collocare, et, ut ait Euthymius, *προσκόλλησαι, clavus affigi*, quod perinde, est inquit Elias Cretensis in Orat. 43. Naz., ac si quis manu fluentem aquam prehendere velit et tenere, quod frustra fit, estque stultitiae aut levitatis puerilis. Anguillam manu tenes, quantumvis premas elabatur, corvumque deludet hiantem. Recte quadret in istiusmodi divites iniquos tetractions illud ex Gabriele apologo, quod sic habet.

Βόας φαγών κρεάτι εις έργατα έργατα,
 Όμοι κείνου? ός σολιγγρα κρεάτι έργατα.
 Η δ' αλ' ηλίσσα, μη φοβου τεινον, έργα.
 Των σών γάρ σάβιν, άλλ' ήμεις άλλότρητος.
 Paer die festo bovis cum viscera

Vorsisset, Hei mater clamet mea effluunt
 Intestina; at ridens ait, Fili hand time;
 Nam non tua sunt haec, sola at aliena vomis.

Dicitur in eos, qui quae rapti et fraude congeserunt egre perdunt; unde Alcibiades pulchrum finxit emblemata, milvum pingens ea quae devoraverat evomentem: milvus quippe in hieroglyphicis locupletem designat et rapacem, quod in Phaed. significat Socrates, cum eos homines qui avaritiae studuissent, et ad imbecilliorum expilationes et rapinas parati ac semper prompti fuissent, in milvos et lupos converti ait: titulum autem emblematis ponit istam Plauti sententiam: «Male paria male dilabuntur.» Hoc si veniret aliquando in mentem iis qui tam impense animo secum agitant, ut facienda lucri rationem conquirant, huc et illuc pecunias corradant, nec interea unde habeant curant; aut certe timerent ne amittendi alea fortasse aliquando impotentius cruciarentur; aut ne iustam in se Numinis iram provocarent; aut saltem cogitarent, quam haec fluxa sint, quamque fragilia ea fortunae bona, quorum habendorum causa tot tantisque curis distringuntur. Celebratum est jam olim doctorum hominum vocibus, divitem aut iniquum, aut iniqui heredem esse. Quod dictum fuisse suspicor in eos tantum, qui quiddam omnino avidè cupiant jure vel injuria congerunt. Qui vero fieri potest ut opum facultatumque tam expedita facillique et pene momentanea, ut ita loquar, adeptio, conquisitio, possessio, iusta esse et legitima censerit debeat? Juvenalis optime:

Dives qui fieri vult,
 Et cito vult fieri; sed quae reverentia legum?
 Qui metus aut pudor est unquam propraeritis avari?

Hic itaque violentis et iniquis harpyis, id est furcibus hominibus, si quid adversa fortuna detrahat, aut alius quidam casus eripiat, quod non raro solet accidere, jacturam hanc non tam moleste ferre debent, quam certe boni quique et honesti viri in lucro esse deputarent; beneque cum mortalium rebus actum esse non tam gravate dicerent, si quae injuste possederunt iniqui illi captatores ad verum tandem possessores redirent. Eo de genere furus sunt perique forenses rabule atque importuni sycophantae, et maxime aerario publico nonnunquam praefecti, qui acquisivisse Numinis ullione adversa reflante fortuna perunquam sumptus faciunt, quos nunquam putassent, et saepenumero citius quam vellent evomunt, quod conoquere non poterunt. Id etiam vulgo tritum:

De male quaesitis non gaudet tertius haeres.

Huc etiam referri potest illud Democriti: *Πλούτος από κακῆς εργασίας περιγενομένος, έτιφρανέστερον το δεινός κίεταται*, opes ex pravo opere acquisivite manifestum continent approbrium: sed juvat audire Euripidem:

Αδίκως δὲ μή ποτ' χρίματ', τὴν βούλη μολεῖ

Impii raris ex scinduntur.

Χρόνος μάθησθός έμυθεν· τὰ δ' αδίκως
 Οίκους ταιδόντ' ός έξέ σωτηρίας:
 Ne compares injuste ullas opes, quas velis tibi
 Esse diuturnas: quiquid enim inique
 Domi cumularis saluum esse minime potest.

NEC MITTET IN TERRA RADICEM SUAM. — Hoc Septuaginta reddunt, *οὐ μὲ βάλῃ ἐπὶ τὴν γῆν οὐκῆν*, non immettet super terram unbram, id est, excindetur et extirpabitur, sumpta metaphora a plantis vel arbutis, quae priusquam adolescant exarescent aut succiduntur, g. d. Ne memoria quidem exstabit ulla: arbores enim quamdiu stant umbram mittunt, abscesse nequaquam, nam cum corpora umbram efficiant, corpore sublato cohaerere illa non potest: ita Olympiodorus in *Caten*. Vide quae superiora a nobis cap. iv, 3 annotata sunt ad illa verba: «Vidi impium firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim,» ubi simili translatione, quae a viridi ubereque arbore et ante senium excisa, et in ipso flore exarcescente sumitur, impii conditionem descripsit, in vitae oblectamentis ad extremum spiritum minime commorantis. Eandem rem Alcibiades pulchro emblemata illustravit pingens cucurbitam annosae pinus ramis implexam, eamque suis pampinis et pomis inunbrantem, sed ad primum hiemis odorem illico exarcescentem, cui hunc titulum praefixit: *In momentaneam felicitatem; et rem his versibus exponit:*

Aeream propter crevisse cucurbita pinum
 Dicitur et grandi luxurians zona;
 Cum ramos complexa, ineamque egressa cacumen,
 Se praestare alius credit arboribus.
 Cui pinus: Nihilum brevis est haec gloria; nam te
 Proletus adveniet qua male perdet hiems.

In eos qui ob momentaneam felicitatem intemescunt.

Idem est apologus apud Petrum Crinitum lib. II De Honest. *des. expl.* cap. xiv: «Sata est olim, inquit, cucurbita juxta pinum arborem editissimam; cucurbita vero cum multis pluviis atque cœli temperamento crevisset lascivire coepit, et ramulos audacius porrigere; jamque in pinum serpebat, et suas in ramos frondes audebat involvere, praegranda poma et virescentia ostentans: tanto itaque fastu ac insolentia intumuit, ut pinum ausa sit aggredi: Et vides, inquit, ut te jam supero, utque foliis ac virore presso? Tum pinus, quae senili prudentia praestabat, nihil mirata est cucurbitae insolentiam audaciam; sed respondit: Ego vero hic multos calores et hiemes variasque temporis calamitates pertuli, adhaec tamen integra consisto; tu ad primos rigores minus habebis audaciae, cum et frondes concident et viror omnis aberit.» Similem apologum habes in Cyrillo lib. III, cap. xiv, inter cucurbitam et palmam. Hoc autem dicitur in eos, qui ob momentaneam quamdam felicitatem gloriantur, quique plus habent ostentationis et pompae quam facultatum aut virium: itaque non mirum videri debet, si dum se aliis praefertunt, magnique videri volunt, sese aliis ridendos propinant, et tan-

quam sicci quidam flosculi citissime exarescant ac decedant. Certe apud Onirocritas cucurbita Caccarbita sym-bolum insantia. spes inanes pressagit, utpote quae cum ventricosis nam admodum speciem praese ferat, multumque identidem nutrimenti polliceri videatur, illud tamen tenete, et nisi condimento aliquo juvetur, egregie fatuum est, ut refert Pierius lib. LVIII. Eodem plane modo sese habent Thrasones illi fortunae suae momentaneae jactatores, vel qui secundis ventis plus aequo turgescent, neque advertunt severissimam illam Nemesim, quae de superbis et fastuosis vindictam sumit. Id aperitis verbis Pausaniae Simonides ab eodem convivio lautissime exceptus significavit: rogatus enim, ut quidpiam ex arcanis philosophiae adferret in medium, vidensque Pausaniam rebus suis nimium fidere, dixit: Memineris te in tanto rerum successu hominem esse. At quae esset verbi hujus vis, quodque pondus, parum vidit Pausanias: itaque cum ipse jam in summo vitae discrimine constitutus mortem sibi impendere inteligeret, exclamasse fertur: Quam inani persuasione deceptus eram, qui Cœi hospitii saluberrimum consilium ad me perferere non putabam! unde nunc misere perire cogor. Ita fere fit, ut cum fortuna maxime blanditur captatum veniat: quod subinde debemus meminisse, ne opprimamur incauti: nam fallacia sunt et caduca quaecumque a fortuna pendunt, opes, divitiæ, honores, clientela, magistratus, potentia: affluunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco stabili nixa radice consistunt, sed incerto flatu huc atque illic acta, quos extulerint in sublime decursu improviso desitulos miserime immergunt.

RAMOS EJUS AREFACIET FLANNA. — Hoc in eadem arboris metaphora haerendo de hominis impii filii intelligendum, qui sunt rami a parente tanquam a stipite prodentes; quos etiam consumet ignis tribulationis; quo dicto Eliphaz haud obscure Jobum vellicat, cujus filios ira Dei corripuisse videbatur, de quo vide cap. i, 19, item cap. iv, 4, ubi hominis impii filii similiter malum auguratur dicens: «Longe fient filii ejus a salute.»

31. NON CREDET FRUSTRA ERRORE DECEPTUS, QUOD ALIQUO PRETIO REDIMENDUS SIT. — Sensus est, eo erroris ac caecitatis impium devenire, ut non credat, hoc est non animadvertat, non cogitet, se indignere ope aliqua, qua a captivitate peccati et penarum inde manantium redimatur: quocirca cupidus et amens, peccatorumque furibus contentus, non attollit mentem in Deum, non mitescit, seseque Deo subjicit, ut a tot malis eripiat. Profecto stupiditas hinc peccatoribus familiarissima est, quos impletas habet, et a Deo longissime divertit. Nota autem pretium hoc loco poni pro preceatione, favore, intercessionem, quibus gratia obtinetur, quemadmodum res venales pretio comparantur. Septuaginta vertunt, *μη πιστεύῃς υπεκαταῖ· κατά γάρ ἀποβίβεται σου τὸ, non cre-*

Impiorum filii male perorant.

Vers. 31. Impius non advertit quid agere debeat pro salute.

Quod sit pretium salutis.

dat quia sustinebit: vana enim evadent ei, id est, non errore capiatur, non sibi persuadeat. quod permanebit, omnem enim operam ludeat, et nihil ei succedet, in vanum laborabit: hebraeus textus habet, non credit in vanitate deceptus, quia vanitas erit commutatio ejus, q. d. Vanitas illa commutabitur in vanitatem. hoc est in nihilum, aut ipse tandem in nihilum redigetur, mors enim omnia abolet; vel cum vanitate permutatur, qui ex opibus decedit, eoque redigitur, ut non habeat unde vitam sustentet: quae summa vanitas est; talis etiam pro mortuo habetur, nam ut sequitur,

Vers. 32. ANTEQUAM DIES EJUS IMPLEANTUR PERIBIT, ET MANUS EJUS ARESCENT, — id est, priusquam impius senescat interibit, et liberi ejus in flore aetatis morientur; dicuntur autem dies hominis impleri cum usque ad senectutem vivit, quae est terminus aetatis; unde de iis qui ad summam usque senectutem vivunt in Scriptura dicitur solet, quod pleni dierum moriantur: ita David, Abraham, patriarchae, prophetae et sancti alii, ut plurimum in multam senectutem vixerunt, et prorsus contempserunt dies vitae suae pacis in Domino obdormientes. E contra vero impij non raro immatura et imperata morte ante tempus naturae ipsorum concomitantem praeveniunt, non dum ad aetatis medium provecti, juxta illud Psalm. LIV, 24: « Viri sanguinum et dolosi non dimidiabant dies suos: » sic I Reg. xxxi, 3, Saul ante tempus sublatus est proprio cadens gladio cum servis et liberis in montibus Gelboe: sic II Reg. xviii, 14, Absalom in acie suismet crinibus suspensus: sic II Reg. xvii, 23, Achitophel sibi met laqueo vitam corripuit.

Pleni- tudo die- rum et dimi- dium dierum quid mys- tifico. Mystice plenitudo dierum accipitur pro virtute consummata et perfecta, juxta illud Prov. iv, 7: « Justorum autem semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem; » unde justis saepe pleni dierum, etiam si non multos vitae annos numerent, quia illis aetas senectutis est vita immaculata; e contra dimidium dierum capitur pro imminuta vel exstincta virtute, hinc in effatis prophetaurum tribuitur Antichristo dimidium temporis seu diei, Dan. vii, 25, cum polluti hominis seelus et maculata conscientia depingitur, a quo malo liberari cupiebat magnus David dicens Psalm. ci, 23: « Ne revoces me in dimidio dierum meorum, » cum saevo exitio mori timeret; ita quoque Deus, cum illi sanctimoniae lucem polliceretur qui parentes honorat suos Exod. xx, 12, futurum ait « longevum super terram, » ubi S. Ambrosius in Psalm. XLIII, argute animadvertit pro longaevo in Graeco esse πολυημερον, multorum dierum, clarissimorum scilicet luminum; quod negat proprie ad tempus esse referendum, quod aboqui falsa esset pollicitatio, cum multi fuerint brevissimae; quorum talium in parentes ho-

nor et singularis observantia olim fuisset. Dies ergo animi virtutem et sanctitatem significant: « Quicumque enim, inquit idem S. Ambrosius,

cultus pius sedulo observat officio, a tenebris noctis, alienum in dierum luce versatur; » hinc eximia illa laus Abrahami, cujus in elogio divinitus positum fuit, e vita migrasse plenum dierum: vere dierum, omne enim tempus vitae ejus dies fuerunt, et non nox, ait S. Hieronymus, quod est, omni animi instructa ornatus mirabili gratiae lumine et honore fulgebant. Plenus autem ideo nominatur, id est perfectus, quod eam virtutum copiam et donorum caelestium plenitudinem esset consecutus, ad quam Deus regio illo et humanissimo invitamento eundem evocaverat Gen. xvii, 1: « Ambula coram me, et esto perfectus. »

Et manus ejus arescent. — Septuaginta legunt, Kai i xadaxos; autem ei xadaxos, et manus ejus non condensabitur; Symmachus, xad xadaxos, non virebit, non flores: quae translationes pertinetur sumptam ab arbore metaphoram, a qua sic ut stirps pro parentis sumitur ut generis origine, sic etiam rami aut geminae, quae ex trunco seu stirpe pullulant, pro filiis aut posteris usurpantur. Ut ergo proxime dicebatur impius pater, qui radix est, ante suum tempus periturus, sic etiam eadem filiis intenduntur minae, quibus etiam brevis aut immaturus exitus denuntiatur, quod proxime dixerat vers. 30: « Ramos ejus arefaciet flamma. » Huc juxta Septuaginta et Symmachi translationem; sed licet alter Vulgatus legit, non tamen est sensus a priori diversus, notum est enim brachium et manus pro ramis sumi: quare sicut rami dicuntur brachia aut etiam manus, quia non aliter erumpunt a trunco quam brachia et manus a corpore; quod etiam eadem metaphora truncus appellatur; sic etiam brachia et manus vocantur filii, sicut et rami: ita Sanctus noster S. Thomam secutus. Cui tamen placet magis, si manus, quae multorum operum administrat sunt, pro operibus ipsis usurpentur, quasi dicat Eliphaz, non solum breves futuros dies hominis impij, qui communem hominum aetatem non implebit, sed etiam inutiles; cum aridas habeat manus, et rebus utiliter gerendis aut nullo modo aut non nisi parum idoneas. Huc inclinat S. Hieronymus et Beda, et e recentioribus Lyranus, Dior ysius, Hugo, Titelmannus alicujus plurimi.

33. LEDETUR QUASI VINEA IN FRIMO FLORE BOTRUS EUS, ET QUASI OLIVA PROFIENS FLOREM SUUM. — Septuaginta priorem hujus versum parlem sic legunt, xaxaxos dicitur in xaxaxos xaxaxos, videntur sicut aestiva ante horum, metaphora sumpta ab avis quae antequam maturet antequam amputantur, ut ex iis omphacum fiat: idem eodem sensu, diversa tamen metaphora, insinuat David dicens Psalm. lvii, 40: « Prosequam intelligenter spinam vestre rhamnium, sicut viventes sine in ira absorbet eos; » qua similitudine significat eos immatura morte perituros, antequam perversitas illorum crescat et adolescat: ad quem locum vide quae annotavimus. Eadem sententiam hic variis similitudinibus illustrat, quae immaturam filio-

Manus, brachia et manus metaphoricis libere significat.

Vers. 33.

Filius impii.

rum mortem significant: Deficient enim, inquit, filii hominis impij, antequam ex illis ad parentes solatiunt usum, fructus vitis perveniat; quemadmodum e vinea botrus, aut flos ex oliva ante maturitatem excussus, spem eludit agricolae, et moerorem adfert.

Tropologie S. Gregorius lib. XII Moral. cap. xxiv: « Non ergo intuemur, inquit, si vineae floreat, sed si flores ad partum fructuum conualescant: quia mirum non est si quis bona inchoet; sed valde mirabile est si intentione recta in bono opere perdetur; » unde postmodum subdit: « Nam quosdam saepe vidimus terrena quae possederant reliquisse, et nihil jam transitorium quaerere. Cum itaque hoc in se fidelis anima ostendit, quasi oliva florem protulit. Sed cum quidam ex talibus rursus ceperint mundi gloriam, quam contempserant, quaerere, et terrenis rebus, quas sprevisse videbantur, insatiabiliter inhiare, nimirum projecti oliva florem, quem proposuit, quia rudimenta boni studii ad perfecta opera non perduxit. » Pulchre autem flori olivae pia animi proposita comparat, flos enim olivae delicatissimus quamcumque caeli injuria non sine grandi damno accipit. Reflorescimus nos velut oliva quoties peccasse ingemiscimus, et mores emendatores promittimus; ad ubi vel strictior malignae impugnationis vel mollior amoenae occasionis aura nos tangit, mox omnem floris opulentiam excutimus arbores nimis delicate. Quaeque temporis injuria aut vicissitudo urere nos et dejicere potest.

34. CONGREGATIO ENIM HYPOCRITAE STERILIS: ET IGNIS DEVORABIT TABERNACULA EORUM QUI MUNERA LIBENTER ACCIPIUNT, — id est, posteritas impij deficit et desolabitur, ita est in Hebraeo; posset tamen in congregatio quoque latius sumi videlicet pro omnibus quae sollicita hypocritarum sedulitas accipiere solet, quales sunt opes, agri, domus, splendida numerosaque familia, ex quibus in hoc re un articulo Jobus fructum cepit nullum. Jobi enim fere omnes existimant hic vellicari, ac si esset impius et hypocrita, cujus omnes facti et lates dissipate sunt, tota familia cunctaque domesticis hinc inde dispersis perit, et solus ipse remansit omnibus spoliatus. Notandum autem hic praesim impij vocari hypocritas, quia nemo fere est, nisi impius, qui non bonus videri malit, cum minus sit: vide quae supra. cap. vii fere toto dicta sunt de hypocritis; Septuaginta quoque hoc loco pro hypocrita impium transtulerunt, dum primum hemistichium ita vertunt, xaxaxos xaxaxos; hoc est, testimonium enim impij mors, hoc est, interprete et expositore Chrysostomo, indicium impietatis hominum est mors eorum ac turpis exitus. Tropologie S. Gregorius lib. XII Moral. cap. xxiv, ostendit hypocritas aridos sterilesque esse in conspectu Dei: « Congregant, inquit, hypocrite bona opera; sed eorum sterilis est ipsa congregatio, quia per hoc quod agunt fructum reci-

rem im- maltra morte consuui.

Non satis est flore- re nisi fructum ferat.

Bona proposita flori olivae comparata.

Vers. 34.

Hypocri- ta congregatio sterilis.

Hypocri- ta vinctus arboris, sed sterile.

pere in aeterna retributione non appetunt: fecundum adhibere in suis operibus humanis oculis videntur; sed in conspectu oculis iudicis infocundi et aridi apparent, » etc.: idem lib. VIII, cap. xxv hypocritas cum vitibus confert, quorum botri in terra jacent ac putrescunt. Horribile est autem quod sequitur:

ET IGNIS DEVORABIT TABERNACULA EORUM QUI MUNERA LIBENTER ACCIPIUNT, — q. d. Omnes divitiae quas congregabit princeps hypocrita, haec est nomine quidem princeps, re autem pestis, steriles sunt et infocundae: cum enim in aliorum utilitatem non conferantur penitus sterilescent; et quod deterius est, dum susceptis contra fas et jus muneribus avari principes in hac vita locupletantur, divinam in se vindictam concitant, qua aeternis in futura ignibus devorandi involentur. Ubi notandum, non solum eos qui susceptis muneribus abutuntur, sed etiam qui simpliciter perfruantur, ab igne devorandos dici: imo non solum suscipientes, sed etiam diligentes munera inter impios recensentur, et infideles ac fures, quae sunt duo maxima crimina, appellantur, juxta illud Isai. i, 23: « Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, » ubi S. Hieronymus, « Non dixit, inquit, qui accipiunt, hoc enim saepe necessitate fit; sed qui non putant amicos, nisi a quibus dano perceptorunt: nec os considerant amicorum, sed manus: et eos sanctos judicant, quorum exhauriant marsupium: » itaque non tam susceptorum numerum quam dilectorum arguuntur; cum illud aliquando sit necessitas, hoc semper cupiditas. Quo pacto D. Paulus non accusat possessores divitiarum, sed amatores, juxta illud I Timoth. vi, 9: « Qui volunt divites fieri incident in tentationem et laqueum diaboli, et infidelitatem multa in utilitatem et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. » Quod expendens D. Augustinus serm. 205 De Temp.: « Qui volunt, inquit, non qui sunt, nam qui sunt sint, dummodo sint in operibus bonis; qui vero non dummodo sine velint esse, nam qui volunt divites fieri incident in tentationem et laqueum diaboli, » etc., ubi innumera vitiorum abrupta proponuntur, in quae miseri precipitantur; unde tandem concludit S. Augustinus: « Avaritia est velle divitem esse, non jam esse divitem. » Prohibetur igitur non tam divitiarum possessio quam dilectio, sicut non tam munus accipio quam affectio interdicitur. Esto ut aurum aliquando possideatur, nunquam tamen avaritia ametur, cum boni iudicis sit, munera non modo non amare, sed etiam odio habere. Imitentur igitur iudices supremum iudicem Deum, de quo est illud Deuter. x, 17: « Dominus Deus vester ipse est Deus decorum et Dominus dominantium, hinc magnus et potens et terribilis, qui personam non accipit nec munera, » hoc est, qui tam integrum in iudicis se praestat, ut nullis muneribus inflectatur; nec solum illa non

Divitia steriles, et tantum ad panem fovenda.

Non tam susceptorum numerum quam dilectorum infidelis.

Boni iudicis est odium munera.

accipit, verum etiam nec concupiscit, iuxta illud II Paral. xix, 7: « Non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. » Merito igitur in Deuter. cap. i et vii, *Ecdi.* cap. xlii, *Prov.* cap. xxiv, alisque Scripturæ locis munerum acceptio iudicibus prohibetur: quin et Plinius *Epist.* 8, refert Julium, Bassum accusatum repetundarum, quod in Bithynia quædam munera ab amicis provincialibus accepisset: lex enim etiam civilis dona et munera a magistratibus accipi, imo vero et quid emi velat, nisi victus quotidiani causa. Hoc tamen addamus licet: « Non in totum xenis abstinere debet proconsul, ait Ulpianus in lib. VI *De Offic. proc.*, sed modum adhibere, ut neque morose in totum abstinere, neque avare modum xeniorum excedat: » qua de re verba hæc sunt Severi et Antonini: « Quantum ad xenia perinet audi quid sentimus. Velus proverbium est: *ὄρε πάρετα, ὄρε πάρορε, ὄρε παρὰ πάτω*, id est, *neque omnia, neque passim, neque ab omnibus*: nam valde inhumanum est a nemine accipere, sed passim vilissimum est, et per omnia avarissimum, » etc.; qua ratione Plinius *epist.* 3 *ad Sever.* ait in causis agendis et exercendis iudicibus non modo pacatione, dono, munere, verum etiam xenis se semper abstinuisse, ubi recte subijci, oportere que sunt inhonestæ parumque deoera non quasi illicita, sed quasi pendenda vitare: sic Spartianus tradit Pescennium Nigrum salaria iudicibus e publico dari voluisse, ne cui essent oneri; adiecitque iudicem nec dare debere, nec accipere. Licet enim ab omni æquitalis et juris corruptela abstractingendo per se intrinsece mala non sit munerum acceptio; est tamen, ut vulgo dicitur, de male sonantibus, eo quod spectata hominum fragilitate et cupiditatis illicio nata sit etiam sapientis animus agere in transversum; ideoque iure ut periculosa habetur, et prudenter interdicitur atque vituperatur. In quam rem apte S. Cyrillus lib. III *Apol. moral.* (quos Viennæ typis Gelbaar e m. s. codice in lucem dedit) cap. xii, introducitur Simean histrionis muneribus deductam, cum perciperet durioris patroni nunciere nunc avaritiæ se captivum servare, ad cor reversam istiusmodi sententiam protulisse: « O subornatum deceptivæ cupiditatis hamum, lethiferum munus, munerum naturalium ademptivum, gravissimum obligationis pignus, stulti et sapientis commercium minimum, maximum emptionis pretium, servitutis jugum, iniquitatis fermentum, captivitatæ indicium, fomentum discordiarum, subversio civilitatæ, omnium seminarium malorum, amatum venenum! Non immerito certe amica æquitalis et pacis, cunctarumque virtutum socia, divina lex susceptionem munerum iudicibus interdicens ait *Exod.* xxiii, 8: *Munera eccæcant ora prudentum, et pervertunt verba justorum*; plane elucidans quod munerum prudentiam fugant, justitiam dissipant, intellec-

Lex civilis etiam munera iudicibus interdicit et quo modo militatur.

Munerum acceptio est enim de male sonantibus.

Qui munerem accipit libenter vendit.

Munera eccæcant prudentia.

tualis moralisque virtutis consistentiam vastant, omnemque rectitudinis vitam necant, » etc.

35. CONCEPTI DOLOREM, ET PEPERIT INIQUITATEM, ET VERA. *HEB.*

TERUS EJUS PRÆPARAT DOLOS. — Monstrificum inquitatis factum ob oculos ponit concipientem malitiam et parturientem describens; eodem modo alibi passim Scriptura peccantes comparat cum parturientibus: nam de iniquis locutus Isaias cap. lix, 4: « Conceperunt, inquit, dolorem, et pepererunt iniquitatem: » similiter David de imperio *Psal.* vii, 43: « Ecce, inquit, parturit iniquitatem, concepit dolorem, et peperit iniquitatem. » Rationem hujus locutionis reddit S. Chrysostomus in Psalmum citatum: « Quia quemadmodum mulieres parturientes a doloribus discerpuntur, ita etiam qui facit dolum discerpitur, et non levi aliquo, sed vehementissimo dolore afficitur; » et paulo post, ostendens non posse hunc dolorem deliniri: « Non interit, inquit, iudicium conscientie, est enim naturale, et a Deo insitum; etiamsi quis millies se ambicione jactet et gloriatur, instat illud vociferans, castigans, condemnans, et nemo est eorum qui vivit in scelere, qui non innumerabiles dolores sustineat, et de malis consultans et consiliū exsequens. » Ex quibus hoc discrimen colligitur, quod mulieris dolor vehementissimus sit in partu; peccatoris etiam ante parturatum scelus, statim post cogitatum, seu conceptum: « Concepit, inquit, dolorem, » et propterea prius dixit David, *ecce parturit*, quam *concepit*, ut notat D. Chrysostomus: « Quia hic dolor, inquit, est a principio: simul enim ac quisquam de malo consultavit, tumultus ac turba est in cogitatione: » testis Achab, qui etiam antequam alienam vineam raperet, solum cogitans de rapienda, cruciatur III *Reg.* xxi, 4: « Veni, inquit, in domum suam indignans, et frendens, et projiciens se in lectulum suum; avertit faciem suam ad parietem, et non comedit panem; » ubi D. Chrysostomus citatus: « Considera, inquit, cum ille vineam concupisset quantum dolorem senserit: quoniam conscientie non ferebat sententiam ingressus est tristis, humi procumbens, confusus vel ipso aspectu præ se ferens conscientie condemnationem. »

Adde et alterum discrimen: « Nam mulier, inquit Christus Dominus *Joan.* xvi, 21, cum peperit puerum jam non meminit pressuræ propter gaudium; » at vero in dolore ex peccato longe aliter contingit, ut notat D. Chrysostomus *serm.* 4 *De Lazar.*: « Nam peccatum, inquit, simul atque commissum est, tum demum extincta voluptate amarus poenitentiae stimulus succedit, contra quam accidere solet parturientibus, » etc.; et consentit D. Ambrosius lib. II *De Abrah.* cap. iv: « Dum, inquit, in quadam sumus delinquendi libidine, nebulis quibusdam conscientie mens obducitur, ne videat eorum que concupiscit deformitatem: sed cum omnis nebula transierit, gravia tormenta exercentur in quodam malo

Peccatoris dolores discerpuntur.

Mulier in partu, peccator etiam ante parturatum scelus, statim post cogitatum, seu conceptum.

Achab cogitans de rapienda vinea, cruciatur.

Mulier post partum lætatur: peccator post commissam culpam magis torquetur.

consci secretario. » Cerneret hoc est in Juda profitoris se post peccatum miserabiliter suspendente *Matth.* xxvii, 8, de quo D. Chrysostomus in *Psal.* vii: « Cum, inquit, non posset ferre iudicii conscientie dolorem, adaptato sibi laqueo vitam finivit, » quasi satius sibi duceret ruptis visceribus efflare animam, quam incluso in animo dolore vitam propagare. Unde fit, fraudes ac dolos cæterasque animi noxas non solum similes esse febribus viperinis, ut ibi vult D. Chrysostomus, sed etiam multo deteriores: nam hi utrum discerpunt eum nascuntur; ille vero etiam jam nate conscientiam lacerant ac disrumpunt: imo longo post tempore adhuc hærent altius in memoria suos auctores perpetuo cruciatur. Quod luculentissime demonstrat Philo Hebræus in Flaccum, dum in insula Andro suorum peccatorum terroribus agitur exsulavit: « Adeo, inquit, trepidabat, ut non aliter quam insanus prosiliret, ac ultra citroque discurreret, manus complodens, femora percutiens, humi se affligens ac clamitans; » et statim longissimam referens ejus orationem suam miseria deplorantis, inter alia: « Interemi, aiebat, quosdam; interemi me alia: me connivente quidam lapidibus suis obruti, quidam vivi combusti, quidam rapati per medium forum; horum facinorum poenæ me manent, et dires jam stant tanquam in carceribus, ut obice rupto præmerit in meam perniciem: imo jam in horas præprior, multas moris sustinens ante illam ultimam; » ubi latissime spatiat in exprimente hujus improbi quondam presidis tunc exsulis conscientia scelerum foris devota, et peccatorum aculeis cruentata. Deus bone! quanta mortalium obeccatio, qui scelus amant, et nequitiam ut filiolam osculant suam: nonnumquam prodiit ex utero malum facinus, et parentem doloribus immensis et parturitionis velut equole conficit: embryo ille informis, quem voluntas intimo in sinu alit et corroborat, dolor est, non sperate lætitiæ foetus, quare improbitas græce dicitur *συνείκη*, ab eo quod *σύν*, hoc est *laborum* et *αργυριον* possidentium aderat, ut auctor est S. Chrysostomus in *Psal.* cxxxix, qui etiam alio loco non dubitavit dicere « vitium esse *μακροῦ τρωπέου* xxi *ἄρτι τῆς δόξης, maximum supplicium anime eorum antequam puniatur: »* ita peccatum Hebræi nominant *עֲוֹן* *hamal*, id est *laborem* et *dolorem*, quod dolore conficiat animum et laceret. Animadvertit Philo Judeus lib. *De Decal.*, non sine mystico, cum divina lex in monte promulgaretur, et medio flammæ Dei voces fuisse auditas magnificentiissime resonantes: nam cum ignis geminam vim habeat, illuminandi urendique, princeps ille mundi moderato Deus significare voluit, fore ut lex sit dulcissimum bonorum lumen Dei præceptis velut sidere in omni vite cursu radiantibus; eademque sit improbitas et sceleratis incendium, si prorupta audacia Deum contemnere, seque in scelus et li-

Judas finivit vitam.

Peccatoris dolores discerpunt eum nascuntur.

Peccator trepidabat, ut non aliter quam insanus prosiliret.

Improbitas græce dicitur συνείκη.

Lex divina in monte promulgaretur.

bidinem voluptatis ingurgitare voluerint. Falluntur enim opinione sua, qui jucundum esse vitium putant, et corrupti animi dulcedine rapiuntur; si que in eo sit jucunditas, gaudium est fucio illitum et teotorium pictum obijcitur, quod meram molestiam occulit, quam tandem experientur. Perite S. Hilarius in *Psal.* lix: « Vitiorum, inquit, gaudia cum sunt intellecta compungunt; » hinc Lactantius lib. VI *Instit.* cap. iii, ait doceri a philosophis vitia quibusdam delinquentis naturalibus alioere animos hominum, et inanium jucunditatum specie caplos ad acerbas amaritudines miseriasque perducere. Sed quod philosophi excellentissimis suis monumentis docuerunt, ab idiotis et imperitia quoque multitudine facile potest intelligi, si qui tidianam experientiam consulunt, que clarissime docet, vitium non concipere solidam ullam lætitiã, sed quod supra e Jobo, David et Isaiã audivimus, *dolorem*, animi molestiam, acerbiam. Eleganter Petrus Chrysologus *Serm.* 6, impium vocat *vitiorum verberonem*, videlicet ob miserimum genus servitutis, quæ non dulcem animi voluptatem, sed doloris odiosi molestiam et acerbiam creat: sic divina clementia providit, ut scelus esset sibi dignum supplicium, ut cum homines animadvertenter ex his rebus, quam incredibili amore et desiderio concupiant, pro volatica et inani voluptate nasci ægritudinem et turbati animi cruciatum, a crimine absterant; quam veritatem docti olim homines fabularum integumentis obvelarunt: Midas stulta cupidine nobilitatus, qui studio prope incredibili ardebat aurum, illo potius, in eo exitum reperit, nec tam aurum quam ferream calamitatem. Sed divinus in sacris annalibus id docetur. Amnon Davidis filius Thamaræ sororem suam furiosam quadam affectione et venereo amore depræbat: adhibuit artes omnes atque machinationes ut ea potiretur. Res successit ex animi sententia, et beatus dulci illo furto videbatur; sed homo incestus et impotenter libidinosus vix patravit id flagitium, cum cepit angere et torqueri animo, et pro suavitudine impure voluptatis tantam amaritudinem odiumque sororis persentire, ut quemadmodum aiunt divina litteræ II *Reg.* xii, « majus esset odium, quod oderat eam, amore quo ante dilexerat: » itaque subito domo illam ejecit ut deforme meretriculam, ut lamiam, ut de gorgonibus unam. In aliis peccandi generibus idem animadverti potest, illud idem supplicium tandem fieri, quod delinquentum fore videbatur; et eo ipso torqueri animum, e quo speravit liquidissimum et affluentissimum voluptatem. Itaque noxæ et vitii, in quo vulgo dulcedinem esse putant homines, et uberem sensum voluptatis, hoc symbolum mihi peropportunum esse videtur: « E duici amarum. » Quæcumque tandem est sensibus afflata suavitas cum vitio et scelere copulata, non nisi inde amaritudo et dolorum expecta.

Falsus est vitium putant, et corrupti animi dulcedine rapiuntur.

Acta sceleris dulcedine manetur amaritudo.